

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Commentarius in cantica canticorum - Cod. Ettenheim-Münster 73

Cartier, Germanus

[S.l.], 1742

Cantici Cap. 6

[urn:nbn:de:bsz:31-108575](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108575)

vin, descendit in fundum cordis mei, respiciens ad humilitatem meam, ut pascatur fructibus virtutum, qui ex ea dimanant, maximè autè sibi colligat odoriferos virginitatis flores.

Ego

Meditatio 66.

Considera 1. quanta sit dilecti humilitas ad tam infimum quid descendendo, et quanta horti hujus sublimitas tam nobile quid suscipiendo; Quis est enim iste dilectus, qui descendit, nisi aternus ille splendor patris, candor lucis aeternae ab infinito divina claritatis pelago emanans, nempe Christus Jesus rex aeternae gloriae, coram quo curvantur, qui portant orbem, qui coelos palmo ponderavit et appendit tribus digitis molem terrae. Isle itaq; excelsissimus, et omnipotens Dominus à regalibus sedibus descendere dignatur in hortum mentis nostrae, qui si aeterno Patris sinui, in quo ipse sponsus caelestis ab aeterno requievit, compareretur, valde ingratus, vilis, et abiectus locus esse dignoscitur; Nihilominus, o immensam Dei erga nos dignationem! Licet enim ipse instantissimum ac incomprehensibile sit bonum, multo tamen citius, et facilius vel solo pio desiderio eum in hortum mentis nostrae introducere possumus, quam alias res etiam vilissimas. Vide iam anima Christiana, quod pro cubitu felicissima esse possis, cum Christum, qui est summa felicitas, quandoque volueris, habere valeas; plus etenim à te non exigitur, quam ut in spiritu humilitatis, et contrito corde desideres, et optes, ut ipse Christus, cum sua infinita Majestate, potestate, opulentia, gloria et pulchritudine, in hortum tuum descendat; illum namq; ita desiderasse, est

Job. 9.

Isai 40.

q nobis comparare.

ndant, qui
ere, hoc ut
psit, pro
iste verus
superius el
ius hic im
elucidatione
lic iam reg
6.
hortum
q, ut
at. vj
Christi sit
In hac
icari solat
ic insunt
omatum, ubi
enim, ut
inactivè ab
catra viri
irtus bon
ici hortus
t virtus
asertur
atue vult
atis collig
Ofilia
is meus
m. Dm. g.

hoc ipso cum possidere. Nec refert, quod eum nullis sensibus ^{apprehendas} ~~apprehendas~~ ^{sentias}, neque enim propterea minus praesens estimari debet; Deus quippe Spiritus est, ad quem proinde sensus pertinere nequeunt; unde hic plus valere debet lumen fidei, quod est infallibile, quam omnes sensus, qui fallere possunt. Crede igitur firmiter, postquam devotè Christum Dominum, sicut in hortum mentis tuae descenderet, in eum revera se demississe, ut suo tempore eo majorem tibi ~~tribuat~~ ^{tribuat} gloriam, quo frequentius cum gratia sua illuc venerit, ibique diutius mansione fecerit: Age igitur anima Christiana, et excusso terrena cupiditatis pulvere, apertisque mentis oculis, disce pro modulo tuo contemplari summum ac infinitum illud bonum, videlicet Dominum Deum tuum quem in corde tuo invenire, ac de ejus nobiscum praesentia magna consolationem haurire potes, et dicito illi: O amabilissime Deus tu mihi semper praesens es. Redde mihi quae sibi placenter; Illumina mentem tuam meae splendore gratiae tuae, ^{accor meum} ~~accor meum~~ ^{accor meum} igne amoris tui accende.

rogasti

Considera 2. Quantis praeconiis digna sit sancta humilitas, quam Christus adeo amanter respexit in matrem suam, et nos eam à se discere voluit, dicens: discite à me, quia mitis sum et humilis corde. O quam verè ^{ca dicitur} ~~ca dicitur~~ ^{ca dicitur} arcola aromatum, id est, procreatrix virtutum, in qua videlicet tota Christiana sapientia disciplina consistit, et sine ^{qua} frustra quis sibi persuadet, quod possideat charitatem, et quod amoena habitationem in eo inveniat Spiritus S. qui non requiescit, nisi super humilem. Profecto licet Charitas dicatur mater et regina omnium virtutum, attamen, ut advertit S. Augustinus, in illa non ambulant nisi humiles,

(in sponsa sua maxime autem Math. ii.

in psal. 141

adeo, ut vera dari nequeat charitas, nisi eam prius informaverit humilitas, tanto quippe quis erga Deum majori fervet amore, quanto magis in conspectu eius se exinaniverit. Sicut igitur superbia radix est omnium malorum, initium autem omnis peccati, sic à contrario humilitas fons est omnium virtutum. "ex hoc enim fonte, inquit S. Thomas, innumerae aliae virtutes scaturiunt; Inde obedientia, timor, reverentia, patientia, modestia, mansuetudo, amicitia, pax. Qui enim humilis est, libenter omnibus obtemperat, omnes reveretur, omnes timet offendere; injurias vero aut per mansuetudinem non sentit, aut per patientiam sustinet; quietus sibi, pacificus omnibus, nullum despiciit, nullum laedit. Vide anima fidelis, quam magna sit virtus humilitas, quantisque divitiis spiritualibus abundant, qui eam sectantur. Quid iam mirum si ea facta sit sponsa Jesu Christi, adeo dilecta, ut cum ea nasci, vivere, ac mori voluerit. Eandem tibi proinde in sponsam unice charam assume, si sponso coelesti summe placere cupis; nam quemadmodum putoas, quo profundior extiterit, eodulcior est aqua et suavior, sic quanto fueris humilior, tanto eris Deo gratior. Ne igitur dignitates, honores, ac sublimiora loca ambias; hoc enim finem suum cito sortiatur. O si considerares, ad quem infelicem statum tandem precipitentur superbi et ambitiosi, facile fieres humilis. Quamvis in agro sint aliqua spica altiores aliis, nihilominus tamen à Messore praesecta remanent humi aequales, sic licet in hoc mundo alii reperiantur majores in divitiis, honoribus, dignitatibus, mors tamen sua falce omnes ad aequalitatem rediget. Humiliter itaque ^{perpetuo} ~~perpetuo~~ de te ipsa sentias, et in majorem apud Deum invenies gratiam. Ama esse parva et humilis, ut suo tempore à Deo exaltari merearis.

Euli 10

S. Thomas Willar.
Conc. j. de S. Martin.

† aut sororem

q illius

est, quod cum
enim propter
Deus quip
sensu pati
valere debet
quoniam
Fide igitur
Christiana
considerat in
ore co
seque
his dicitur
igitur an
cupiditate
dicitur pro
infinitum
Deum hui
eius volu
ne haurire
ine Deus
guaso hui
nisi splen
hui accede
is digna sit
adeo anser
os can à
ez quia m
ere, dicitur
bria virt
ana sapient
e quis
tem, et qui
t spiritus
mitem
ter et regni
dvertit
si haurit

7 Sanctarū animarū

Sap. 8.

Sap. 4.

7 illibata permanens,

Considera 3. quod coelestis sponsus, qui est purissimus et mundissimus, lilia dicatur colligere, et inter ea pasci, quia delectatur candida puritate castitatis; sicut enim in hunc mundum tempore pacis venire voluit, ut ostenderet, quanto opere eam diligere-
ret, sic etiam ei placuit ex Matre virgine nasci, ut demonstraret, quantum virginitate oblectaretur; Et certe vel maxime ob virginitatem de se ipso fatetur: Delicia mea esse cum filiis hominum; quale enim gaudium summus Creator omnium in vili creatura, quae videlicet non nisi vermis et putredo est, habere posset, si in ea ^{id aliquid} non foret, per quod Angelis, imo ^{et} ipsismet Deo assimilaretur, et pulcherrima redderetur; ² castitati namque pulchritudo ³ sanctitatis anima potissimum ⁴ tribuitur. O quam pulchra est casta generatio, aut sapiens, cum claritate; imortalis est ejus memoria, et coram Deo et hominibus refulget. Tam pulchra nempe est virginitas in homine alias carne vestito, inter tot insultus diaboli, inter tot pericula et illecebras mundi, ⁱⁿ ut ⁱⁿ Angelo cadere posset invidia, eam sol contra solas Virgines concipere posset. Hinc Angelus non permisit, se adorari à S. Joanne; quia virgo fuit, et per suam virginitatem similis angelo existit. Homo itaque castus magnus est dei amicus, angelorum comes, ac gratissimum templum Spiritus S. O. anima fidelis, quanto opere puritati, ac munditiae cordis studere debes, ut tam nobilem hospitem in te habere merearis; sicut enim co-

Cumba ex arca Noe dimissa non inveniatur,
 ubi requiesceret, nisi in cadaveribus, proindeq;
 reversa est ad Arcam, sic non habitat spiri-
 tus Domini in corporibus immundis, et impudicis
 sed in mundis et castis. Verum cogita, quod cas-
 titas non tantum lilio, sed etiam rosa compa-
 retur; quemadmodum enim haec inter spinas, nec
 est, et, cessat, ita et castitas, inter mortifica-
 tiones carnis, fugesque sensuum oblecta-
 tiones, quia moritur castitas, ubi non est tem-
 perantia et sensuum refrenatio
 ita et illa inter carnis mortificatione nasci-
 tur, crescit, et perseverat. Fuge itaq; sen-
 suum oblectationes, quia moritur castitas
 ubi non est sensuum refrenatio, temperan-
 tia et sobrietas.

Documenta

Dilectus, inquit S. Gregorius, in hortu suum
 ad areolam aromatum descendit, quia Eccl-
 siam visitans, ad eos majori gratia venit, quos
 sanctis operibus et virtutum exemplis bona
 fama odorem ex se proximis emittere co-
 gnoscit. In hortis pascitur, cum multarum
 animarum virtutibus delectatur. Lilia colli-
 git, quando perfectos quosq; ab hac vita suc-
 cidit.

Hortus Christi dici etiam possunt, coenobia et
 familia religiosa; ibi enim sunt areola aroma-
 tum, seu virtutu ac lilia castitatis, cum e con-
 trario in mundo et saeculari vita omnia plena
 sunt spinis vitiorum, et urticis libidinu; unde
 ab his ad religiosos se transfert Christus, eo-
 rumq; castitate, ac ceteris virtutibus delecta-
 tur, et pascitur. Religiosus proinde, qui se
 totum consecrat Deo, dicere potest: ego dilec-
 to meo, et dilectus meus mihi

B. Virgo est hortus deliciarum et paradysus Christi, unde in ejus corpore novem mensibus corporaliter habitavit; quocirca Nyssenus dicit, Christum descendisse in hortum suum, cum e coelo descendit in uterum virginis, et carnem ex ea assumpsit. Christus ergo dum vivebat in terra pascebatur inter lilia virginum, quia delectabatur virginitate. B. Virginis S. Josephi, et S. Joannis Apostoli, ac vicissim eos pavit castissimis virginitatis, et coelestis vitae amoribus, et delectationibus. Hosce ergo colat, et invocet, qui eorum castitatem imitari, ac Christum ad animam suam quasi ad virginium thalamum pellicere cupit.

Pulchra es amica mea suavis et decora
sicut Jerusalem, terribilis, ut castrorum
acies ordinata. Averte oculos tuos a
me; quia ipsi me avolare fecerunt. v. 3. et 4.

*Diffusio
Commentarius.*

Thren. 2.

Cornel. à Lap.

Sponsus sponsam propter vehementiam et puritatem casti ejus amoris, quo se totam dilecti sui esse esse dixit, pulchra appellat, et ait pulchra es amica mea variis ~~et~~ encomiis celebrat, et ait: pulchra es amica mea, suavis et decora sicut Jerusalem, urbs perfecti decoris, ~~et~~ terribilis, ut castrorum acies ordinata, terribilis, inquam, ~~et~~ maxime demonibus propter tuam humilitatem, et ordinatam in te charitatem. Averte igitur oculos tuos a me, quia ipsi me avolare fecerunt, id est, tanta est decore oculorum tuorum, tanta nempe pulchritudo tua pure intentionis, assidua contemplationis, amoris vehementis, ut prevaleat mihi, et cor meum quasi extra se rapiens in te transvolare faciat; averte itaq, paululum hos oculos tuos a me, ne

amori succumbam. In Hebraeo loco avolare
fecerunt, habetur pravaluerunt mihi. Magis
sane hyperbole, qua ineffabilis pulchritudo ani-
ma, qua toto animo Deo intendit, et adharet,
designatur.

Meditatio 67.

Considera h. Animam non solum esse pulchram, sua-
vam, et decoram per gratiam, sed etiam per na-
turam, in quantum nimirum ad imaginem Dei
condita est, anima siquidem juxta S. Augusti-
num est substantia creata, invisibilis, immorta-
lis, Deo simillima, nullam habens imaginem,
nisi creatoris sui. Mens igitur humana ad
hanc imaginem creata ineffabilem consecuta est
pulchritudinem, eiq. simul naturalis humani-
tas inditus est, ut hanc suam imaginem, qua est
summum bonum, intelligeret, intelligendo dili-
geret, et diligendo possideret. sicut enim ani-
ma sensibilis semper appetit bene esse, sic
rationalis semper exigit optime esse, nec
unquam quiescit, donec optimo, et summo conjun-
gatur. Quidquid infra hoc summum bonum est,
eam nunquam satiare potest, unde bene ex-
clamat S. Augustinus: o anima mirabilis crea-
tura, quò te deiciis? terram amas? meliores es:
solem miraris? ^{nobilior} meliores es: coelum contemplaris?
altiores: solo creatore tuo inferior es. Verum
non solum ad imaginem Dei, sed etiam ad simi-
litudinem ejus creata est anima humana, ut
scilicet Deo conditori in charitate, bonitate, jus-
titia, patientia, mansuetudine, aliisq. virtuti-
bus pro modulo suo similis efficeretur, quas
virtutes, quanto plus in se ipso quis habuerit, tan-
to pulchrior, et propior Deo ^{fit} accedit, majoremq.
sui conditoris gerit similitudinem. Profecto
major honor homini esse non potuit, quam quòd

lib. de defi-
nit. animae

lib. de Spir.
et litter.

9. 11. 11

el paradysus
ovem manib
a. Nysseus
am. sui, an
is, et caru
go dum vici
lilia virgin
B. Virgini
toli, ac virg
ntatis, et en
omibus. Ho
castitatem
sua quapi
upit.
Decora
castrore
s tuos a
t. v. zel
remontian
le. lola dila
pelle, et
emom
ica. nec. su
urbs porp
terru
ay. semulu
ibus popte
in te chand
quia ipse
est decer
bruitud. ha
ctioris, an
at car. man
volue. se
s suos. h. m.

ps. 48

Qualiquando

hom. 20
in acta

ad imaginem sui conditoris gerit similitudinem
ad imaginem sui creatoris conderetur, et ad
ejus similitudinem eisdem virtutum orna-
mentis vestiri possit. Sed homo cum in hono-
re esset, non intellexit, comparatus est ju-
mentis insipientibus, et similis factus est il-
lis. ~~Deus~~ Tu vero o anima mea diligen-
tius attende tui conditoris excellentiam, et in
te ipsa cognosce venerandam sanctam Trinitatis
imaginem, atque nobilitate morum, ac exercitatio-
ne virtutum, in te divinam honora similitu-
dinem, Atque etiam similis appareas in gloria, fe-
liciter cum intuendo, amplexando, cogitando, fruendo.
Considera 2. quam magna sit laus, et ingens
gloria anima Deo devota, quod mereatur dici
terribilis ut castrorum acies ordinata, terri-
bilis, inquam, non solum pravis hominibus sed
etiam ipsis demonibus, aliisquid fortissimis
Spiritus. Sed unde tanta fortitudo?
unde tanta potentia, nisi ex ardenti ^{ejus} chari-
tate et humilitate, nihilnamque fortius a-
more: fortis est ut mors dilectio, nihilque
potentius humilitate, haec enim, ait Chry-
sostomus, nos in majori securitate collocat,
quam possint vel turres vel urbes, omnibus quip-
pe diaboli machinantibus sublimior facta.
Unde nihil magis odit Damon, quam humilitate
et Dei amantem. O beata illa anima, quae
per charitatem, et humilitate in tam sublime
statum devenit, tantamque fortitudinem assecuta
est, ut omnes profusus Demones non tantum
ei non nocere, sed nec eam aggredi audeant.
Quomodo enim ipsius non paverent praesentiam

^{tantopere}
dum eam cernunt, ^{sed} per amorem ardera, et
per humilitatem adamante fortiorem esse.
O quam merito hujusmodi anima cum apostolo
gloriarī potest: quia neq; mors, neq; vita, neq;
Angeli, neq; principatus, neq; virtutes, neq; ins-
tastia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; alti-
tudo, neq; profundum, neq; creatura alia pote-
rit nos separare à charitate Dei, qua est in
Christo Jesu Domino nostro. Talis etiam
cum Job dicit: pone me juxta te, et cupis
vis manus pugnet contra me, non tamen pre-
valebunt adversus me. O quanta mentis
securitas, quanta pax et tranquillitas!
Certè si est beatitudo in hac mortali
vita, eam possidet talis anima, que nihil
formidat, nemini succumbit, de omnibus
trionphat. O anima mea, quam beata
fueris, si de te dici posset, quod sis ter-
ribilis ut castrorum acies ordinata; tunc
enim libera es ab omni metu, et ab omni
malorum incursu; imo fortior te ipsa eva-
deres, devictis quippe geminis hostibus, mundo,
et diabolo, facile etiam tertium, carnem sci-
licet subingares vincta rationis imperio, eiq;
fieras terribilis eam crucifigendo crucifigendo
cum concupiscentiis suis. O Christe Jesu
qui voluisti, ut à te disceremus humilitatem
et venisti ignem mittere in terram, volens, ut
accendatur, accende me, inflama me igne cha-
ritatis tuae, et tribue mihi Spiritum humilitatis,
qui semper mecum sit, ut terribilis eandem
hostes appaream hostibus meis, et fugiant à me.

Considera 3. magnā admiratione digna esse
ea verba Sponsi coelestis, dum ait: averte
oculos tuos a me, quia ipsi me a volare fe-
cerunt. Quasi verò homo, vermis et putredo,
pulvis cinis et terra adversus Deum creatorem
suum vel in mi prevalere posset: quasi verò

Rom. 8

Job. 13

7 etiam

Luc. 12

7 ad Sponsā

ipse Deus, qui ardentissimum omnium coele-
 stium spirituum amorem sustinet, vim oculo-
 rum paupercula anima, que cum pro modulo
 suo diligit diutius ferre non valeret! ~~In
 sinceris oculis in Deum, et seorsum
 in Deum pura valentia, in Deum, et seorsum~~
~~oratio ita ipsam, et adstantes~~
~~tra implenda valenti cogere.~~ ^{perne.} Ita sane est,
 7. ~~perfecte~~ Deus enim invictus superius ab humano corde
 à quo sincerè diligitur se victum et vic-
 tum fatetur. Sic de Patriarcha Jacob di-
 citur: quoniam si contra Deum fortis fuisti,
 Gen. 32. quanto magis contra homines prevaletis.
 Sic Moyses deo irato prevalet, dimitte,
 Deuter. 9. me, aiebat Dominus, ut conteram eos, ~~et sta-
 ntem dimisit Moyses, nec Dominus estri-
 xit Israel.~~ Et sane, quando ad jussum Josue
 Jos. 10. Sol stetit in medio coeli, obediens Domino
 voci hominis, quis non videat, Deum non
 nunquam cedere magna fiducia, et amori,
 quo homo fertur in ipsum. O quam admi-
 randa, quam ineffabilis hoc est clementia
 et bonitas conditoris universi erga creatu-
 ram suam. Cessamus iam mirari quod spon-
 sus coelestis à sponsa sibi devotissima petat,
 ut à se avertat oculos suos; amor enim de
 Deo triumphat, tantus namq. decor, tamq. ignea
 vis oculis huiusmodi anima inest, ut ipsum Deum
 quasi captivet, cumq. totum in sui amore ra-
 piat, quocirca etiam alibi amanter conque-
 ritur: vulnerasti ^{14. Soror mea} cor meum in uno oculoru
 tuorum. O quam felix es anima, que prop-
 ter fervens orationis et contemplationis ^{studii} ~~studii~~
 Studium, ac sinceram intentionem ardentemq. cha-
 ritatem tuam cor Christi Jesu ad se transuo-
 care facis, et sagittis amoris laucias. Perge,
 perge defigere oculos tuos in amantissimum
 Sponsum tuum, cumq. ad majorem vehementiam

amoris erga te inflammare; talis enim
oculorum intuitus ipsi gratissimus est, tan-
toq; majora ab eo recipies gratiarum dona,
quanto plura ei inflixeris amoris vulnera.

Documenta

Anima sancta, pulchra est per gratia, suavis
per comitatem, charitatem et benevolentiam
terribilis per zelum; quia in omnibus Dei
voluntati se conformat, eiusq; gloria promo-
vere satagit. Talis terribilis est, ait Bada,
quia uniusquam virtutum aciem habet in
se habet instructam: si ergo cum tentet gula,
resistet temperantia; si libido, resistet casti-
tas: si ira, resistet patientia: si superbia,
resistet humilitas; si avaritia, resistet libe-
ralitas.

1.
Cornel.
à lap. h.

Quod Oculi sponsa avolare faciunt Sponsam,
denotatur hyperbolicè ineffabilis sponsa pulchri-
tudo, et simul insinuat, ut advertunt S. Ge-
gonius, Bernardus, et alii, cautè utendum con-
templationis, ^{idoneis} cavendumq; ne diuturniore morâ
vel proximo defimus, vel inaniter offeramur,
vel deniq; valetudinem cadamus; his enim
ni prospiciamus, Deum à nobis avolare facia-
mus.

2.

Oculi hoc loco, inquit Veronius, significant
studium contemplationis et orationis conti-
nuum, perpetuâq; recondationem Sponsi in ani-
mo juxta illud: oculi mei semper ad Domi-
num. Perge itaq; anima, qua meditationum
oculos semel in Dominum Jesum defixisti,
donec tu quoq; eum ita inflames, ut à thro-
no gloriae sua avolet, ac declinet fortè in si-
num suum, tantum enim potest hujusmodi ocu-
lorum conjectus.

3
Veron. hic

ps. 24

im coley-
vini oculi
pro modis
alacet!
infusa
pse
sane est
amans con-
m et vic
la Jacobi
ortis fuit
velebi
1. Brink
os, post
mo-est
sua fore
Domino
non-
t amori,
in admi-
lencia
creto
quod son
lura pht
enim de
tang ipse
liffan di
amori re
ter conge
o oculi
a qua pos
tionis
abing de
le fuit
id. 24
hijum
admittit

~~Sexaginta sunt reginae, et octoginta
concupinae, et adolescentularum
non est numerus. c. 6. v. 9.~~

~~Capilli tui sicut grex caprarum, quae
apparuerunt de Galaad. v. 4.~~

Capilli tui, sicut grex caprarum, quae
apparuerunt de Galaad. v. 4.

Dentes tui sicut grex ovium, qui ascen-
derunt de Lavacro: omnes gemellis
foetibus, et sterilis non est in eis,
v. 5.

Sicut cortex mali punice, sic gena
tua absq; occultis ejus. v. 6.

Haec omnia explicata sunt c. 4. v. 2. et 3.
Sponsus enim repetit haec sponsae elogia, ut
eam magis in suo amore confirmet. Solum
id notandum venit, quod loco horum verborum,
absq; occultis tuis positum sit cap. 4. vers. 3.
absq; eo quod intrinsecus latet, quod eodem
recidit. Arabicus transfert proter pulchritu-
dinem silentii tui; adeo ut non tantum cha-
ritatem sed etiam taciturnitas sponsae à spon-
so comendetur, ut ibidem jam adnotavimus.

Sexaginta sunt reginae, et octo-
ginta concubinae, et adolescentu-
larum non est numerus. c. 6. v. 7.

Prolegomena Commentarius

Postquam Sponsus Sponsam laudavit ob
ejus pulchritudinem ejus capillorum, den-
tium et genarum, nunc ostendit, quanto eam
in pretio habeat, et omnibus aliis praeferat,
dum ait: Sexaginta sunt reginae, et octoginta con-
cupinae & una est columba mea. quasi diceret:

7 perficitur

Ephes. 3.

22. 9. 184.
a. 2. et 3.

Matth. 5.

Ps. 118.

qua fundatur in exercitia accersu ad virtu-
 tes. inquire pacem, et persequere eam; En
 via unitivam. qua consistit in dulcibus
 amplexibus, et felicissima fructione Chri-
 sti, qui est pax nostra. Quotquot igitur
 sua salutis sunt cupidi, suos gressus in hac
 triplici semita firmare conentur, oportet;
 quilibet enim fidelis, ut docet S. Thomas,
 tenetur aliquo modo tendere ad assequendum
 perfectionis statum, quem in Ecclesia mili-
 tante instituit Christus, cuius illa vox est:
estote perfecti, sicut pater vester coelestis
perfectus est. O anima, qua in umbra
 mortis sedes, et in peccatis velut sepulta
 iaces, dormis; quiescis; evigila, evigila tan-
 dem, iam enim hora est de hoc infelici
 somno surgere. Surge igitur, et viam pur-
 gativam apprehende, ne mors te appren-
 dat, priusquam incipias currere viam man-
datorum Dei. Ah considera, obsecro, pecca-
 torum tuorum gravitatem, scelus non turpi-
 tudine et horrorem, vite tue brevitate mori-
 endi, ac in divino iudicio comparandi ne-
 cessitatem, poenas item inferni, ac coelestis
 paradysi gaudia; haec enim sunt, qua seri-
 mente expendere debes, siquidem sine hu-
 iusmodi novissimorum consideratione, in pec-
 catorum tuorum coeno jugiter perseverabis,
 et morieris exclusa à numero etiam adolescen-
 tularum, nec ^{ullam} proinde partem habebis cum
 Christo; ruptis itaq; omnibus impedimentorum
 repagulis arripe salutis semitam, et cum
 spiritus fervore, menteq; alacri via purgati-
 vam ingredi.

Considera 2. Necessesse esse, ut post iditatem
 etiam spiritum à

Considera 2. Necessesse esse, ut à via purgati-
 va ad illuminativam nos transferamus, nè
 post vitam salutis semitam à recto perfectio-
 nis tramite abernemus. Hanc viam nobis indi-
 gitare volens Salomon, ait: viam sapientie
monstrabo tibi, ducam te per semitas acqui-
tatis, quas cum ingressus fueris, non coarcta-
buntur gressus tui, et currens non habebis
offendiolum. Hæc autem via incipit spe-
 cialiter à consideratione virtutum, qua
 in Christo refulserunt, istis enim instrui-
 mur, et simul monemur, ut sicut ille am-
 bulavit, et nos ambulemus. Sicut ergo
 fax accensa omnia tenebrosa illuminat,
 ideoq; ambulatibus præfertur, ut viam
 præbeat, sic vita, mores, et virtutes Chris-
 ti veluti faces accensa nos illuminant in-
 nocie huius sæculi, viaq; demonstrant, qua
 tenere debemus, ut ad Deum venire, eoque
 in coelis frui valeamus. Unde et ipse Chris-
 tus ait: ego sum via, veritas, et vita. Via,
 per quam ambulare, veritas, quam sequi, vi-
 ta, qua fruamur, unice desiderare debemus.
~~Quisquis igitur per veritate illu-
 minativa, ad vitam unitiva pertingere cu-
 pit, Christum assidue contempletur, eius adha-
 reat, necesse est.~~ Hæc est via, inquit Isaias, am-
 bulate in ea. Quo super ait S. Augustinus:
 "via factus est tibi salvator, surge, ambula,
 "habet quò, noli pigrescere, Quæris quò? vi-
 "des eam. Quæris quò ducat? ad veritatē et
 "ad vitam ducit. Si ergo amas veritatē et de-
 "sideras vitā, à via noli errare. Video, inquit,
 "viam, et cupio ambulare, sed aspera est, arcta
 "enim est via, qua ducit ad vitā. Sed Christus
 "transiit, et adhuc aspera est? Caput transi-
 "vit, et membra dubitant? O anima Chris-
 tiana ne dubites viam virtutum ingredi,

prov. 4.

Joan. 14

Isai. 30

ad vider
 ere cam
 i dulcibus
 utione Chri
 quot igne
 passus in ho
 oportet
 S. Thome
 assequenda
 lafia mihi
 la vox est
 ster colit
 in umbra
 l sagulta
 origila ha
 infelici
 viam par
 appren
 via men
 fiam, pua
 non imp
 vitalem no
 gressu ac
 ac celestis
 at, qua p
 dem sine lu
 tione in pe
 rseverati
 im ad
 bebis can
 pedimentis
 lam, et con
 via p
 et vultu

pf. 83.

Rom. 12.

1. Cor. 9.

quam tibi Christus amplectendam proponit, imo, ut verius dicam, ipsum Christum sequere, qui est ipsa via, per quam ambulare debes, ut aundo de virtute in virtutem, à te tandem videatur ^{Deorum} Deus, in Sion. Modicum quidem hic laborabis, sed perpetua illic invenies requiem. Depone igitur omnem teporem, memento Apostolo et dicente: Sollicitudine non pigri, spiritu ferventes, Domino servientes, spe gaudentes, in tribulatione patientes, orationi instantes. Sic curate, ut et comprehendam^{us} tis.

Joan. 7.

in pf. 102.

Considera 3. Quod anima praesertim ea, qua Deo specialiter est consecrata, quae perfectionis viam Deo excitante et adjuvante, fuit ingressa, minime sistere debeat in via illuminativa, sed necesse habet, si tamen cupit à divino Sponso in chorum Reginarum assumi, ut pergat ulterius, et gressus suos figat in via unitiva, ut Deo unita vera beatitudine, qualis saltem hic in terris haberi potest, perfruat. Profectò non potest alibi anima quiescere, aut satiari, quam in hac perfecta sui cum Deo unione; quamdiu enim ei intimà dilectione non coniungitur, tandiu sine quiete vaga, ac sine refectio-
ne famelica oberrabit. Ad hanc providè unionem ipsemet Dominus, qui nostram felicitatem summopere desiderat, suaviter nos invitat, dicens: Si quis sitit veniat ad me. Quid igitur moraris anima, quid sistis? Ah prope uniri Deo ~~tu~~ tanquam principio et ultimo fini tuo: ipse est centrum tuum, ipse locus naturalis, extra quem nusquam tibi bene erit: ipse vera requies, beatitudo, et omnes bonum tuum.
"Quare tuum bonum, inquit S. Augustinus, ne

mo bonus, nisi Deus, Summum bonum, hoc est
 tuum bonum. quid ergo deest, cui sum-
 mum bonum bonum est. Pecori quid bonum,
 nisi implere ventrem, carere indigentia, dor-
 mire, vivere, sanum esse, generare, tale tu
 bonum queris? Cohares Christi, quid gaudeas,
 quia socius es pecorum? erige spem tua ad
 bonum bonorum omnium. Convertere, ita-
 que anima ad Dominum Deum tuum, ac to-
 tis viribus adnitere, ut ei archissimo cha-
 ritatis vinculo coniugaris, utque inito cum
 eo spirituali conjugio regina coeli et terra
 effici merearis.

Documenta.

Quid per reginas, inquit S. Gregorius, ni-
 si sanctorum anima designantur, quae dum
 corpora sua prudenter regunt, et alio re-
 gnum sibi aeternum acquirunt. Sunt enim
 nonnulli in S. Ecclesia, qui carnem suam
 macerant, et propter Deum affligunt, vitia
 vincunt, demones velut tyrannos sibi sub-
 iiciunt, omnes motus suos, ut ordinati cur-
 rant, sapienter regunt. Quid huiusmodi ani-
 ma nisi reginae existunt.

Ut anima regina seu sponsa dilecta regis
 regum effici eiq, intimè uniri mereatur, prius
 velut humilis ancilla ad pedum osculum in
 via purgativa accedat, Magdalenam imi-
 tata, deinde velut filia dilecta ad osculum
 manuum in via illuminativa se inclinans paulu-
 lum erigat, ac deniq, velut sponsa unicè di-
 lecta ad sacrum oris osculum in via unitiva
~~procedat~~ ^{fidenter} confurgat.

Porro aptissimus modus, quo anima se excitare
 debet, ut ad intimam sui cum Deo unionem tendat,
 consistit in assidua aspirationum, ac fer-
 ventium ad Deum desideriorum emissionem;

am proponit
 christum sequi
 ambulare de-
 stem, à se ho-
 dieum quid
 invenies re-
 eporum, no-
 tudine non
 ervientes, p-
 tes, orationi
 omprehendi-
 tima ea qu-
 az, perfectio
 te, fuit in
 ia illumina-
 cepit à di-
 assum, in
 figat in
 beatitudi-
 haberi por-
 potest eli-
 quam in ha-
 quanda
 conjugata
 ne reflecti-
 care prout
 rostrum fe-
 suavit
 t veniat
 anima, p-
 eo huius
 huius: ipse
 uralis, casu
 i ipse: vasa
 um huius
 quatione

nam huiusmodi aspirationes efficaciter penetrant, ac superant omnia media, quae sunt inter Deum et animam.

Vna est columba mea perfecta mea, una est matris suae, electa genitrici suae. Viderunt eam filiae et beatissimam praedicaverunt; regina et concubina; et laudaverunt eam v. s.

Diligentius Commentarius.

Sponsus coelestis hic ostendit quod ea anima, quae eum magis ceteris diligit, etiam ab eo magis diligatur, omnibusque aliis praefertur, ait proinde: Vna est columba mea, perfecta, id est immaculata mea, unice mihi dilecta sicut unica filia est valde chara matri suae et electa, ac dilecta genitrici suae; quasi diceret: ita illam diligo, ac si nullam aliam haberem; nam et ipsa sic mihi soli placere studet, ac si mecum solo ipsa sola esset in rerum natura.

Sicut h.

Viderunt eam filiae adolescentula, tanquam sponsam, charam, et reliquis ab ipso praefatam, et beatissimam praedicaverunt regina et concubina, nempe, omnes animae perfecta et imperfecta laudaverunt eam.

Meditatio 69.

Considera d. quod ea anima, quae in Sponsam Christi unice dilectam assumi cupit, praesens necesse habeat, ut columba naturam induat, quatenus jure merito columba nuncupari possit et audire mereatur, vna est columba mea perfecta

mea . Est autem columba animal mundū,
 qua nempe nihil coinquinatum in se patitur .
 Talis proinde debet esse Sponsa Christi, ut
 videlicet nihil sordidum in ea deprehenda-
 tur, à quo abhorreant oculi divina majes-
 tatis . Columba oculos habet simplices,
 tales desiderantur in anima Christiana,
 ut scilicet in omnibus, quæ agit, non suam, sed
 solius Sponsi coelestis, laudem et gloriā qua-
 rat . Columba vox cantusq; gemitus est, ta-
 lem cantum etiam anima edere debet, jugiter
 deslendo dolores, angores, cruciatus ac crudelis-
 simam mortem divini sui sponsi, tum etiam
 lugendo suas proprias infirmitates, et lap-
 sus, ac multiplices hujus exilii arumnas, nec
 non afflictiones Ecclesie, et peccata hominum,
 temere nullog; metu peccantiū . Columba
 mox ut bibit, caput suum coelum versus eri-
 git, sic oportet ut anima, dum rebus hinc
 creatis utitur, nequaquam eis inhareat, sed
 omnem affectum et amorem suum ad Deum
 creatorem suum attollat . Columba felle
 caret; sic anima sine amaritudine esse de-
 bet, unde neminem odire, nullum ledere, in-
 jurias sibi illatas patienter portare, atq; in
 bono vincere malum, eam oportet . Ecce ani-
 ma mea audisti, qualis esse debeat Sponsa
 Christi, ut columba, seu ipsi Sponsa coelesti uni-
 cè dilacta dici et esse mereatur, quid igitur
 aliud superest, quàm ut columbae naturā induas,
 studeasq; ut semper conscientia mundā conser-
 ves, in simplicitate cordis ambules, Dei glo-
 riā ubiq; quaras, passionem Christi, nec non
 peccata tua aliorumq; lugeas, oculos cordis tui
 ad Deum semper erigas, atq; omnem animi ama-
 ritudinem exuas .

Considera 2 . quod anima, qua ardenti erga
 Christum estuat amore, ab eo multis, iisq; valde

iaciter pau
 dia, que sunt
 lecta nec
 ta geni-
 alicet
 Regina et
 Jean 18
 ea anima
 tiam ab eo
 proferatur
 mea, peccata
 michi dilecto
 matri sue
 ca: quasi
 illa alian
 dilectorem
 e asat in re
 ale, tan fa
 is ad ipso
 avernat
 per omes
 daverunt
 in spolio
 ut poma
 sa indus
 ari postu
 mea peccata

Blandis titulis honoratur, dicitur enim colum-
ba, perfecta, seu immaculata, una matris sua
id est, unice dilecta, sicut unica filia valde
chara est genitrici suae. Magna sane cre-
mia, qua nos in magnam admirationem rapere
deberent, praesertim si consideremus, quam nobilis
sit ille Sponsus, qui talia profert elogia, et
quam ignobilis illa Sponsa, qua iis decorari
meretur.

~~Quid, obsecro, huiusmodi anima
ultra petere potest, quam ut à Christo ita
diligatur et honoratur, in illius amicitia
tota illius felicitas consistit, sicut
à converso huius favorem et amorem a-
mississe est omnia perdidisse. Esto enim
quod apud reges et principes inveni-
as gratiam et amicitiam, imo esse quod
omnibus prorsus hominibus summe placeas~~

meretur. Quid, obsecro huiusmodi anima
ultra petere potest, ^{postquam} ~~quod~~ à Christo ita
diligatur, et honoratur; quandoquidam tota
illius felicitas ~~est~~ in ipsius Christi amici-
tia consistit, sicut à converso huius favorem
et amorem amississe, est omnia perdidisse.

O anima, qua hominibus placere studes, quam
vanus est labor, et sollicitudo tua; esto enim
quod ^{etiam} apud reges et principes invenias gra-
tiam et amicitiam, imo omnibus prorsus ho-
minibus summe placeas, ipsi tamen Christo
displiceas, quid tibi proderit talis amicitia,
favor et benevolentia? Esto vero, quod ab
omnibus omnino hominibus contemneris, re-
linquaris, et pro nihilo habearis, Christo au-
tem sis unice dilecta, quid tibi nocebit

odium, contemptus, aversio, derelictio om-
 nium hominum? Nonne si Christum habes
 Sponsam et amicum, thesaurum habes omnium
 honorum; Si enim cupis veras divitias, honores,
 delectationes, ac quaeque desiderabilia, haec uni-
 versa in eo tanquam in summo ac incomprehensi-
 bili bono reperies. Modicum igitur dumtaxat
 sustine, et in humilitate tua patientiam habe,
 veniet tempus, in quo quanto huc fueris alius
 postposita, tanto illis super eos exaltaberis,
 si tamen nunc Christum super omnia dilexeris,
 eum itaque perpetuo in corde, in memoria, in ore
 gesta, illi soli placere satage. si semel eius
 amicitia lucrata fueris, beata es et bene-
tibi erit.

Eccli 2

Considera 3. quod anima Christo valde devo-
 ta, et qua ab ingentem erga eum amorem
 sponsa ipsius unice dilecta efficitur, planeque
 ab omnibus magno in pretio habeatur, adeo,
 ut non solum regina sed etiam adolescentu-
 la, nempe perfecta et imperfecta animae
 eam laudibus celebrent, ac debitam veneratio-
 ne prosequantur, eamque beatissimam deprecantur;
 Hoc enim habet virtus, ut etiam illi, qui eam
 creant, et vitis adhuc indulgent, ipsam nihilo-
 minus extollant. Unde si viderint hominem
 justum, mitem, modestum, mansuetum, humilem,
 pietate fervidum ac sincere Deum diligentem;
 Ecce, inquit, virum dignissimum, virum sac-
 tum, virum, qui meretur, ut ab omnibus di-
 ligatur, magnamque accipiat honorem, laudem,
 et benedictionem, et cuius animam beatissi-
 mam dicant omnes generationes. Beatissima,
 inquam, quia ter beata, nempe in vita, in
 morte, et post mortem. N^{mo}. beata in vita,
 quid enim beatius ea anima, qua licet inops
 ac parvula sit creatura, nihilominus, eo quod
 divino amore inardescat, Domino infinita

anim colun
 ea nati su
 filia valde
 na sane cup
 tione reper
 s, quari nobi
 et elogia et
 iis decoran
 ha parvitas
 quod dicit
 i Christo
 amicitia
 ius su
 amorem
 Et o com
 etro quid
 and laudat
 odi anima
 Christo ite
 idan tota
 risti amicitia
 us favorem
 rridisse.
 Hodie, quam
 a: isto in
 veritas gra
 prorsus ho
 an Christi
 s amicitia
 re, quod et
 tenantur, re
 Christo
 si nocent

Euli 1

majestatis uniri, et cum eo unus Spiritus effici meretur; ex qua unione miras coelestis amoris consolationes, dulcedines, delectationes percipit, nec non ingenti animi securitate pace ac tranquillitate perfunditur, adeo ut in hac lacrymarum valle iam quemdam paradysum possidere videatur. Edo. ~~beata~~ in morte, timentis enim Dominum bene erit in extremis et in die defunctionis sua benedicetur, hinc est, quod talis anima mortem letanter excipiat, eamque intueatur tanquam finem laborum, victoria consumationem, vitam aeternam, ac omnis felicitatis ianuam. 3^o denique beata post mortem, tunc enim hujusmodi anima innixa super dilectum suum veluti in oceano deliciarum natat, omnibusque bonis cumulatur sine fastidio, sine termino, in omni aeternitatem. Vide anima fidelis, quod in dilectione Dei tota tua felicitas consistat, qua eo major erit, quo vehementior in eum amor tuus fuerit; totis igitur viribus tuis ipsum dilige, omneque impende operam, ut tandem columba ejus, ac unice electa sponsa effici merearis, et sic bene tibi erit in vita, in morte et post mortem.

Documenta

1
Tirin. h.

Adolescentula viderunt Sponsam tam speciosam tam ornatam, ~~tam~~ ^{tam} Sponso, charam, et reliquis ab ipso prelatam, nec tamen exinde contristatae sunt, nec invidia, vel livore in transversum acta detraxerunt illi aliquid, nec ira, vel furore percipite adversus illam infurrexerunt. Hoc enim stultorum et insanorum est, inquit S. Chrysostomus, imo diabolorum, ut vult S. Ephrem. Discamus, ^{hic} omnem deponere invidiam et emulationem. charitas enim non amulatur, non gaudet super iniquitate, hoc est, aliorum deviatione

1^a Cor. 13

et depreffione, sed potius exaltatione et pro-
fectu, aitq; frater noster es, crescas in mille mil-
lia

gen. 27.

Non sufficit itaq; si proximo bonum suum non
invidemus, sed etiam de eo ac de proprio exul-
tare debemus; unde tam adolescentula, quam
regina decorem et pulchritudinem sponsa lau-
darunt, ac ipsam sponfam propterea beatissi-
mam dixerunt, et sic quodammodo felicitatem
sponsa suam fecerunt, nam ut docet S. Augu-
stinus, bonum alienum charitate, et amore nostrum
efficitur, si exim quis peccatum alienum, id aman-
do, in eoq; sibi complecendo suum faciat: quia
Deus cor respicit: procul dubio bonum etiam
alienum amando, in se quoq; transeribit, praesertim
cum Deo promptior sit ad premiandum, quam ad
castigandum. Quanta igitur charitatis, et exal-
tantis, quantum nobis ex ea lucri accedit, eo-
quod ejus adminiculo omnia fratrum nostrorum
bona opera, si ea approbemus, et de eis gaudea-
mus, in nos derivare possimus.

Homil. 15 et 50

Versiculus iste proprie competit B. Virgini. 3.
ipsa enim est una columba perfecta, et quam
beatissimam dicunt omnes fideles, ipsa una spon-
sa S. Trinitatis praes omnibus hominibus et An-
gelis, electa et dilecta: ipsa proinde regina
coeli potentissima, et dispensatrix gratiarum libe-
ralissima. ad eam igitur in omnibus nostris
necessitatibus accedamus; ipsa quippe tota
mitis est, et misericors, nulli se negat, omnibus
suum pietatis aperit.

Qua est ista, que progreditur sicut
aurora consurgens, pulchra ut luna
electa ut sol, terribilis ut cas-
trorum acies ordinata. c. 6. v. 9.

Ditucidatio
Commentarius

Spiritus eff
ras celestis
delectationes
Securitate
itur, adeo
quendam pe
do
bene criti
la benedictio
tantas voca
nem letum
a se omni
beate post
ma inica
sano delicia
tuo sine pas
alem. Vide
tota tua
quo reli
toti igni
impande
viva circa
ne hibi erit
an speciosa
reliquis ad
strigata
manusum
e in, vel se
seunt. Ha
ignit. Cyp
D. Episto
im et am
has, an qu
na. Michae

Thom. Abbas
vercellensis.

† facta

Antea Regina et adolescentula laudabant
sponsam, propter perfectionis ejus statum et
quod sponso adeo dilecta esset, nunc cum
admiratione exponunt modum, quo in tam
sublimem ac nobilem statum pervent, dicentes:
qua est ista, id est, quanta excellentia, est
ista, qua progreditur de virtute in virtute,
primò, quasi aurora confurgens per initium
gratie et virtutis, tum pulchra ut luna ef-
fecta, per majorem virtutum progressum.
Deniq; electa ut sol propter ardentem
charitatem, est, ininde impiis et demoni-
bust terribilis ut castrorum acies ordinata

Meditatio 70

Considera 1. Non modicâ admiratione dignum
esse, si inveniatu anima, praesertim hoc tem-
pore, in quo refriguit charitas, qua ala-
criter, magnisq; passibus progreditur de vir-
tute in virtutem, nec desinat, donec perfec-
tionis culmen attingat. qua est ista ita
confurgens, et laudabimus eam? pleraq; enim
anima, qua in initio sua conversionis, aspi-
rant ad sanctitatem, ac perfectam sui cum
Deo unionem, cum ad aurora lucem, id est
ad virtutis semitam sed adhuc imperfectam
perveniant, ibi sistunt, nec amplius co-
nantur, ut per majorem virtutum profectum
ad claritatem luna, aut etiâ splendorem
solis ~~conspiciantur~~ confurgant. Grandis
sanè error! Summè deplenda socordia!
Siquidem nolle proficere, deficere est, atq;
nolle ulterius progredi, perire est. "Nemo

in ps 69. " dicat, ait S. Augustinus, Sufficit mihi justus
" sum, qui ita dixerit remansit in via, non no-
" vit pervenire; Vbi dixerit: Sufficit, ibi haesit.

Attende Apostolum, cui non sufficit. Frater,
 inquit: ego ^{me} non arbitror comprehendisse; unū
 autem, quae quidem retro sunt obliviscens, ad
 ea verò, quae sunt priora extendens me ipsum, ad
 destinatum persequar, ad gravium superna voca-
 tionis. Ecce Apostolus, plenus gratiā et sanc-
 titate, semper ad maiorem perfectionē se ca-
 tendit, et tu homo ⁱⁿ ~~in~~ virtutibus in medio
 cursu sistis; Quomodo gravium accipere pote-
 ris? Recordare, obsecro, quod nemo manum mittens
ad aratrum, et respiciens retro sit aptus regno
Dei. Excute igitur omnem teporem et fœcordiā.
 agitur enim hic de re summi momenti, nempe de
 premio aeterna gloria, quod amisisse, est, omnia
 in aeternum amisisse perdidisse. Hoc autem
 non datur pigris, desidiosis, ~~solomentis~~ ^{somnolentis}, aut
 iis, qui comoda huius vite sectantur, sed
 solum illis, qui vigilat in negotio sua salutis
 et, alacriter currunt viā mandatorum Dei,
 sibiq, vim inferunt carnem suam crucifigen-
 do, cum concupiscentiis suis; violenti enim
rapiunt illud.

7 necdū stabilitus
 Luc. 9.

Matth. 21.

Considera 2. Sicut aurora claritate sua
 depellit tenebras noctis, ita et anima luce
 gratiā à se eicit tenebras vitiorum, et licet
 obstet natura, vincit tamen gratiā, si tamen
 inveniatur animus humilem, ac bona voluntatis.
 O quam pretiosa est gratiā, et quam nobis valde
 necessaria, ad inordinatos nostros affectus, ac pra-
 vas ad creaturas propensiones, domandas,
 ad semitam virtutis ingrediendam, et ad omne opus
 bonū perficiendum; ipsa enim est, quae pau-
 perem spiritu virtutibus divitem facit, et
 humilem corde multis bonis locupletem red-
 dit. O beatissima gratiā, veni, descende
 ad me, ac reple me tua consolatione, ac

7 inchoandū, et

Laudabit
 statum et
 mac un
 quo in ten
 venit, dicit
 lentia est
 te in vultu
 per vultu
 a ul' line e
 rogatione
 ardente
 et dicitur
 ios ordich
 tione digno
 im hoc ten
 quas ele
 iatur de mi
 donec perfe
 est vultu
 plerq, un
 sionis, epi
 tem sui can
 com, id est
 imperfecto
 amplius co-
 tu profectu
 splendorem
 Grandi
 socordia
 ero est, et
 est. Nam
 t mibi p
 via, non
 t, ubi h

deficiat praecelsitudine, et ariditate mentis
anima mea. Veni, et conforta me adversus
pravas naturae meae inclinatioes cupiditates;
Sentio enim in carne mea legem peccati con-
tradictentem legi mentis meae, et captivum
me ducentem ad obediendum sensualitati
meae, quae me sapiens allicit, nec possum ejus
resistere passionibus, nisi ^{tu} mihi assistas, o sac-
tissima gratia. Tua igitur gratia o mi Deus,
semper me proveniat, et sequatur, ac bo-
nis operibus excercendis, vitiisque extirpan-
dis jugiter praestet esse intentum. Ceterum
donum gratiae non miscetur consolationibus
terrenis, qui ergo vult luce gratiae illu-
minari, ac noctem peccati instar aurorae
evacuare, abicere debet omnia impedimen-
ta gratiae, quae sunt elationes mentis, inutiles
confabulationes, delectationes mundanae et
similia, oportet quod, ut tanquam advena in
hoc mundo à carnalibus desideris, quae mili-
tant adversus animam, se contineat.

Considera 3. Quod mens devota, quae ad
statum perfectionis ^{toto animo tendit} pervenit, primo splen-
deat luce aurorae, tum majori ornatur cla-
ritate, nempe splendore luna, tandem chari-
tate ignescens tota lucet per modum solis.

prov. 4.

Id ipsum exprimitur videtur sapiens, dum ait:
Justorum semita primo quasi lux splen-
dens, postea procedit: deinde crescit usque
ad perfectam diem, hoc est, lucem. Postquam
igitur anima luce aurorae seu gratiae pro-
venientis à vitiosis habitibus, ac peccati tene-
bris liberata est, omnem impendere debet ope-
ram, ut mentem suam excolat virtutibus, ut
quatenus auro de virtute in virtutem effi-
ciatur pulchra ut luna, donec per continuu
progressum, tandem pertingat ad ardentem

charitatem, qua est vinculum perfectionis,
et fiet electa sicut sol. O anima non

~~quae magna sunt ista prerogativa, quae
ingentia aequa, ad qua procedenda nihil
non moliri debes; tunc proinde est, ut est
iaster aurore confurgere, conaris, ut remp
dissipatis peccatorum nubeculis, primaria
luna splendens donec ulterius progredieris
de virtute in virtutem efficiaris, pulchra ut
luna, ac tandem electa ut sol. Cogita,
quod Christiana professio, hunc profectum
a te exigat, atq, hoc ipsum esse, quod Chris-
tus insinuat, dum ait: porro unum est ne-
cessarium. Hoc quippe unum necessarium
est negotium salutis et perfectionis tuae, cui
ante omnia incumbere debes; eo enim feli-
citer consummato, omnia curata es, eo vero
neglecto, omnia perdidisti.~~

Luc. 10

Documenta

Quia aurora est lucis initium, Luna autem
lucis augmentum, Sol vero lucis plenitudo, hinc
hisce Symbolis significatur initium sanctitatis, pro-
gressus, ac perfectio. Anima itaq, sancta
oritur ut aurora, cum a peccati tenebris resurgit
ad lucis gratia: crescit ut Luna, quando ad lucem
hanc magis ac magis dilatatur et in omni virtu-
te proficit: deniq, electa fit ut sol, cum plena
charitate et sanctitate resplendet.

Cornel
a Lap

Sunt nonnulli, inquit S. Gregorius, qui magna
intentione, qua sint tormenta reproborum aspi-
ciunt, dumq, se peccasse cognoscunt, et per hoc
ire ad reproborum tormenta pertimescunt, su-
bito tenebras iniquitatis derelinquunt, et luce
iustitiae auerendi concupiscunt: mox ad sanctam
operationem confurgunt, et per bona, qua fa-
ciunt, clarere quibusq, proximis incipiunt. Hi
procul dubio velut aurora confurgentes progredientur.

Ditale...
me adven...
cupiditate...
peccati...
et captivum...
sensualitate...
et possunt...
sunt...
vratia omnia...
uatur, ut...
eg, extirpa...
om. Ceteri...
solationibus...
vratia illa...
har aurora...
ia impavide...
natis, inuicta...
undata, et...
adveca in...
is, qua mil...
est.

3 " Anima ait idem S. Gregorius, dum peccatoribus bona exempla praebeat, quasi luna in nocte luceat; dum vero magis ac magis crescit et de die in diem per consuetudinem operis, lumen justitiae tam perfecte accipit, ut etiam bonis exempla imitationis praebeat, quae prius solum peccatoribus imitanda apparebat, profecto iam luna sol efficitur; quia quae in nocte errantibus nunc lucebat, modo in die ambulatibus lumen veritatis manifestat.

Serm. 1. de assumpt.

4 Caterum S. Bernardus Rupertus, et alii accomodant ista verba assumptioni B. Virginis: "Gloriosa virgo, ait S. Bernardus, Campas ardentissima, ipsiq; Angelis lucis mirando fuit, ut dicerent: quae est ista, quae progreditur sicut aurora conjurgens, pulchra ut luna, electa ut sol? clarior enim caeteris rutilabat.

Descendi in hortum nucum, ut viderem poma convalliū, et inspicerem si florisset vinea, et germenassent mala pūnica. c. 6. v. 10

Commentarius

Nota 1. quod Sponsus versiculo 1. hujus cap. vocet Sponsam hortum suum, nunc vero dicit eam hortum nucum; sunt autem nucs, quae amaro cortice, ac duro putamine teguntur, et quarum nucleus acrimoniā abundat, symbolum afflictionum, et adversitatum; vnde Germani de eo, cui multa mala sustinenda imminet, asserere solent: *er ist in sin Garten unß Christum Müßßon*. Descendere itaq; in hortum nucum, ex parte Sponsi coelestis, est visitare animam, quae cumulata est crucibus et afflictionibus. Ex hoc autem orto non prodeunt

141
nucis, sed poma convallium, hoc est, amoeni
ac perfecti fructus ex humili tolerantia
prognati.

Thom. vercell.
abbas.

Nota 2. Quemadmodum anima devota hortus
est, qui nobiles profert fructus, ita etiam
dicitur vinea, quae si rectè excolatur dat
uvas ac vinum charitatis, quod mentem ac-
cendit, et Dei amore inebriat. Porro mala
punica denotant bonas operationes, quas memoria
passionis Christi, maxime in nobis fructificat,
ut ex Aleuino iam supra diximus, c. 4. v. 13.

Sensus autem est; postquam sponsus tam
per se quam per adolescentulas ac filias Je-
rusalem laudavit decorem et pulchritudi-
nem. sponsa, eius sanctimoniâ delectatus ac
formositate allectus eam visitare voluit,
ut ei intimè uniretur: et ait: Descendi in hor-
tum nucum, ut viderem poma convallium;
quod est dicere: Descendi in animam tuam
o sponsa dilecta, ut delectarer fructibus
ex patientia et humilitate, tua prognatis:
et inspicirem, si florisset vinea, et ger-
minassent mala punica, utrum nempe mens
tua semper ardeat charitate, et bonas ope-
rationes progignat.

Meditatio 71.

Considera 1. quod sicut anima, quae nullis ad-
versitatibus subiacet, et cui cuncta prospere
succedunt atq; omnibus bonis huius mundi
affluit, efficiatur hortus diaboli; si è con-
verso anima, quae crucibus undiq; circumcingi-
tur, et cui mundus crucifixus est, fiat hor-
tus Christi, in quem ~~ipse~~ libenter descendit
ut in eo se oblectet; quemadmodum enim ipse
toto vitae suae tempore, arumnis doloribus, necesse

Sitibus, quibus subiacet humana natura, nec non afflictionibus, tribulationibus, ac tentationibus, quae ipsis obveniunt ex insidiis iudeorum, Summè delectatus est, si etiam nunc huiusmodi afflictionibus, ac necessitatibus, quas patiuntur anima devota super omnem modum recreatur; Unde majus indicium amicitiae Christi, et quod ipsi placeamus, esse nequit, quam dum multis crucibus et adversitatibus premimur: et hinc est, quod, si aliquis boni nobis optare volumus, ~~potius~~ à Deo petere debeamus, ut in hoc mundo nobis non pareat, sed potius varias immitat afflictiones et tribulationes, quam ut ad vota nobis fluant uniuersa; Sicut enim prospicitur stultorum perdet illos, sic adversitas justorum salvabit. aps. O anima fidelis attende, obsecro, quod licet afflictio sit quidem huic mundo despectus, sed tamen apud Deum imensam dignitatem obtineat; Si proinde quassam molestias, aut etiam acerba quaeq; ferre debes, gratias age Deo, qui ex amore tenerissimo talia tibi immittit, aut evenire sinit. Haec ^{enim} cito finem habebunt, sed gaudium, quod illa sequitur sempiternum erit.

Considera et. Mirum valde esse, quod Sponsus in hortum nucum descendat, ut videat poma convallium, cum potius nucas videre debeat, sed sciendum, quod afflictiones, quae per nucas denotantur, pariant in anima devota fructus valde suaves, amoenos, et perfectos, quorum typus sunt poma.

prov. i

Vis scire, quam perfecti, et quam nobiles sint illi fructus, qui ex adversitate, seu ex afflictione nascuntur. Ecce afflictio hominem Christo gratum efficit et amabilem. Afflictio facit hominem alienum à mundo, cumq; à gravi ruina servat. Afflictio peccati aufert sarcinam, adfert coeli coronam, minuit poenas purgatorii, profligat vitia, purgat conscientiam, Spiritum renovat, ac maxime praestat, ut homo se ipsa cognoscat, ac in humilitate maneat, unde non immerito tales fructus, qui ex horto nucum seu ex tribulationibus progignuntur, dicantur poma convallium, id est fructus humilitatis, quia afflictio parit humilitatem, et viceversa humilitas reddit afflictionem meritoriam, dum ipsa in tantum consequitur meritum, et perfectos profert fructus, in quantum per humilitatem ac humilem tolerantiam corroborata fuerit. Quapropter o anima fidelis, magis quidem pendere debes afflictionem, sed non minus estimare, ac sectari debes te oportet humilitatem ac humilem tolerantiam, sine qua magis nocet afflictio, quam prodest, eo quod tunc fructus procreet, Deo summe ingratos, cuiusmodi sunt murmura, et similia, quibus ~~proinde~~ aeterna poena preparata est. Cogita itaq; jugiter de humili tolerantia cum Deus variis afflictionibus te visitare dignatus fuerit.

7 que tanti valet, quanti aeterna gloria

Considera 3. quod Christus aperte demonstrat te magno teneri desiderio, ut in nobis ardentem dilectionem ac fructum boni operis videat, dum ait: descendi in hortum, ut inspicerem si florisset vinea & cum enim ipsi omnia nuda sint, aperta, sciatq; quid in anima iusti

agatur, non opus habet, ut in eius animam descendat, quatenus videre possit, quinam fructus ex ea nascentur, num floreat virtutum operibus, et ardeat igne charitatis; hoc igitur descensu, quo inspicere cupit, num vinea floreat, aut germinent mala punica, desiderium suum nobis patefacit, quo flagrat ut anima devota flores virtutum, ac bonorum operum, maximè verò ardentis dilectionis proferat. Quid igitur æquius, et rationi magis consonum, quam ut Christi dilecti sponsi nostri satisficiamus desiderio, atq; vineam, id est mentem nostram diligenter exculeamus, quatenus uvas ac vinum charitatis generet, atq; ex ea germinent mala punica, id est bonas operationes, ac diversa virtutum species. Labor certè, quem in hac cultura impendamus non erit frustraneus; nam præterquam enim, quòd anima ita exulta summam apud Christum sibi sit conciliatura gratiam, insuper magnum meritorum coacervabit cumulum, quibus eò gloriofior corona tribuetur, quo major eorum erit numerus.

Age, age igitur anima fidelis, omniaq; studia tua eò converte, ut tota charitate ardeas, atq; diversos boni operis ac virtutum fructus proferas, quatenus Christus veniens in mentem tuam, inveniat, unde se oblectet, ac tibi tantò majorem mercedem in aeterna gloria retribuatur.

Documenta

1. Christus divinos oculos, suos apertius in poma convallium, quam montium, ut delectetur, conivit, ut ostendat, quòd gratias suas liberalius

173.

in humiles, per convalles denotatos, quam in
 alios dispenset; unde S. Gregorius ait: "quid
 est, quod non poma montis, sed poma conval-
 lia, ut videat, descendit, nisi, quod illis res-
 pectum sua miserationis tribuit, quos in humi-
 litate persistere cognoscit? de quo per Psal-
 mistam dicitur: quoniam excelsus Dominus,
 et humilia respicit, et alta à longe cognoscit.

Greg. h.

Rex Salomon inter alias delicias etiam
 hortos habuit amoenissimos, et inter eos hor-
 tun quoque nucum, quarum cortex amarissima
 est qua non nisi lapidibus baculis, et fus-
 tibus decutiuntur, ut dicamus nullum dari
 in hoc mundo gaudium, quod non sit aliqua
 respersum tristitia, et amaritudine; nempe
 risus dolore miscbitur, et extrema gaudii
Cuctus occupat.

Ecli 2. v. 24.

prov. 12.

Ceterum, juxta S. Gregorium, "Vinea florent,
 quando in Eulefia filii recenter in fide gene-
 rantur, et ad Sanctam conversationem, quasi ad
 fructus soliditatem preparantur. Mala punica
 germinant; quando perfecti quique per exempla
 sua proximos edificiant, et in novitatem sanctae
 conversationis per praedicationem et bonorum ope-
 rum ostensionem invitant. Illud quippe ma-
 lum punicum, videlicet apostolus germina-
 verat, qui dicebat: Silioli mei, quos iterum
parturio, donec formetur Christus in vobis

Galat. 4

Nescivi: anima mea conturbavit me
 propter quadrigas Aminadab:
 Revertere, revertere Sulamitis rever-
 tere, revertere, ut intueamur te. v. 11. et 12

Commentarius:

Quando Christus descendit in animam, et sua

sensibili gratia^{ca}, visitare dignatur, nonnunquam animam tantâ amoris dulcedine inebriat, ut à sensibus alienetur, et seipsam amplius nesciat ~~se~~ ~~ipsum~~ ~~sciat~~: ex quo necesse est, ut conturbetur, seu obstupescat: nam in Hebræo, loco conturbata, habetur obstupescita: idq; propter quadrigas Aminadab

Thom. Verzell.
in h. l.

hoc est, juxta Thomam Abbatem Vercellens. propter vim divini amoris, seu potius propter amorem Christi; Quadriga enim vim seu fortitudinem, ac celeritatem denotant, ut docet Veronius. Id autem proprie convenit divino amori, quo nihil fortius, nihilq; velocius, uti postea demonstrabimus.

Veron. h.

Aminadab vero interpretatur princeps populi scilicet Christiani, hoc est Christi, inquit hic Cornelius à Lap. Sensus igitur est: Sponsa ex descensu dilecti in hortum mentis sue amore erga eum inebriata et sui oblita, ait: nescivi me ipsam, ut pote extra me raptam, et ideo conturbata, et obstupescita est anima mea pro vehementia divini amoris, ~~q; q;~~ ex nimia erga Sponsum meum dilectione.

Vbi notandum, quod tales extases, et alienationes à sensibus animam humiliter valde conturbare soleant, sive quia tam insolitis gratiis se indignam reputat, sive quia novit, quod in illis non consistat meritum nostrum, sive quia veretur, ne eis subsit fraus quaedam diabolica, diaboli Sathan enim non raro se transfiguratur in angelum lucis. Tales mentis excessus experta S. Theresia valde sibi metuebat, et Deum deprecabatur, ut eam per viam communem, non vero per hujusmodi subli-

propterea

mes ac insolitas semitas ad perfectionem christianam perducere dignaretur.

Ceterum Adolescentula cernentes sponta a suis aspectibus amoveri, atq; per contemplationem sola cum Sponso coelesti unice deliciari, eam revocant ab otio contemplationis, ut eius exemplo et verbis adjuvi semitas salutis melius incedere possint; unde aiunt: Revertere, revertere, Sulamitis, revertere, revertere, ut intueamur te, hoc est, revertere ad nos, teq; nobis sociare sociare, o perfecta, et pacifica s: Sic enim interpretatur Sulamitis, inquit Cornel. a Lap: revertere, ut intueamur te magna facientem, et nobis monita salutis dantem. Ita Theodoretus, qui censet Sponsam hic ad opus praedicationis et ad salutem animaru invitari.

Meditatio 72.

Considera d. quod ad descensum divini Sponsi in animam tantis ipsa suavitatibus ac dulcedinibus nonnunquam afficiatur, ut se ipsam amplius nescire videatur ac vino claritatis inebriata alienetur a sensibus.

Ad hunc tam suavem promerendum descensum, qui non nisi paucissimis notus est, oportet imprimis, ut anima compunctionibus, mortificationibus, ac maxime meditationibus passionis Dominice vacet, tum in se excitare debet desiderium Des fruendi, et cum eo amicitiam contrahendi. ex hoc autem desiderio suboritur Studium Christi humilitatem, paupertatem, patientiam, charitatem, resignationem ^{cum Christo} imitandi.

Deinde postquam anima ^{omnia} ~~omnia~~ ^{salutem} ~~omnia~~ ^{salutem} omnia visibilia despicit, quandam internam

pacem ac spiritualam satietatem delibata
de gustare incipit, siquidem cum anima eo
pervenit, ut, quae mundana sunt, intimè ode-
rit, mox etiam mens ejus quiescit et solo
divino amore satiatur; Ex hac deniq; divi-
ni amoris satietate oritur mentis ebrie-
tas, quae anima se ipsam amplius nescit,
et sui obliviscitur. O felix oblivio, o
sancta ebrietas! quae anima in Deum,
creatura in creatorem, sponsa terrestri in
coelestem sponsum transformatur, et unus fit
spiritus cum eo. O felix anima quae per
compunctionis lacrymas, per contemptum ter-
renorum, per studiosam Christi imitationem,
per ardentem in Deum aspirationem, tandem
eo devenit, ut deificari mereatur. O anima
mea si ad tam sublimem statum ascendere,
te penitus ineptam, ac indignam censeas, salte-
m age, ut solo Deo tuo contenta vivas, quate-
nus et animi quietem, ac quandam satietatem
consequi merearis. hanc enim re ipsa nullibi nisi
in solo Deo invenies; contemptis igitur omnibus
visibilibus soli Deo adherere, stude, juxta illud:
michi adherere Deo bonum est, ponere in Domino
Deo meam spem meam.

Considera r. quod non immerito per quadri-
gas, quae celeritatem, et fortitudinem denotant
divinum amorem, quo anima sursum ad Deum
subvehitur, intelligamus; quid enim velocius,
quid fortius charitate? Velocitatem ejus in-
dicare volens Psalter, ait: viam mandato-
rum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum.
In quem locum S. Gregorius inquit: qui a-
mat ardentius, currit velocius; adeo ut men-
tura velocitatis sit flamma charitatis, in quo
enim gradu haec fuerit, in eo et illa erit.

lib. 3. c. 5.

philip. 3.

7 unquam

17

Amor velox est, ait author lib. imit. 4ti, fatigatus non lassatur, sed sicut vivax flama sursum erumpit; unde anima divino amore inflammata velut quadrigis igneis instar Elia sursum agitur, ut possit dicere: conversatio nostra in coelis est. Fortitudinem vero divini amoris quis sufficienter exprimet, cum non solum fortis sit ut mors, sed etiam ipsa morte fortior; hinc S. Paulus, eo succensus mortem provocat dicens, quod non tantum nulla angustia, aut tribulatio, sed neq. ipsa mors sit eum separatura ab amore Dei. Et nonne amor Christi in Sanctis Martyribus mortem superavit? Quid ergo fortius amore, qui vincit mortem omnia vincentem. Vis ergo o anima omnia salutis obstacula superare, ac magnis passibus, vel potius quibusdam quadrigis sursum ferri, atq. ad intimam cum Christo unionem evahi, in id dumtaxat incumbere, ut cor tuum divino inflammes amore; quo iste fuerit intensior, eo fortior evades, ac velocius viam salutis et perfectionis cures, citiusq. Deo conjungeris.

Considera 3. quod, dum Christus sapiens in hortum anima descendit eamq. suo uberiori influxu visitare dignatus, ipsa nomen accipiat, imo efficiatur Sulamitis, hoc est, perfecta, et pacifica; mores enim illorum induere solamus, cum quibus conversemur: Cum Sancto Sanctus eris, et cum perverso pervertaris. Cum igitur Christus perfectus sit et pacificus, non potest sponsam, dum illi ipsa appropinquat, et ei intimè unitur, non reddere perfectam, et pacificam. Inde palam est, quod, si etiam perfecti et pacifici audire velimus, amicitiam Christi ejusq. familiaritatem unice sectari debeamus, aut si honestatis ratio exigat, ut cum hominibus conversemur,

bona delicta
anima eo
catine odo
et solo
denig bin
antis obre
us requit
oblivio, o
i Baum,
restris in
el unu, fit
qua per
psum ter
tationem,
hadon
Carina
andere
as, Selti
is, quate
atichabon
lib. vii
a omnib;
michi illu
Domino
er quain
denotant
an ad dei
velocius
bon. epus in
mandato
cor mou
t. qui a
ut me
latit, qu
ta erit.

nobis omnino vitanda sit Societas eorum, quos
cerimus animo inquietos, ac pace internā
vacuos, atq; dumtaxat consortium illorum re-
quirendum, quos novimus cum Deo et cum
proximo ^{pacem} inviolatē servare. Et quia con-
victus ac conversatio huiusmodi animarum
paucarum dulcis et amabilis est, ideo ab
adolescentulis quater, id est, instantissime spon-
sa pacifica reditus depositur, tum ut ejus suavi
alloquio frui possint, tum ut ejus moribus
ac sermonibus ad meliora provocentur; Mul-
tum enim et per omnem modum animabus
praesertim imperfectis prodest, si Doctorem,
aut Praelatum consecuti fuerint, qui potens
sit opere et sermone ^{ut} per eum enim in vir-
tutum palaestra exerceantur, et in bono con-
tineantur; nam absq; tali magistro diffi-
lis erit ^{eorum} ad perfectiora progressus. Certē li-
cēt Christus Paulum per semetipsum do-
cere potuisset, cum tamen ad Ananiam
misit, ut ab illo de omnibus, quae ei facien-
da essent, instreretur. Ex quo discere anima
Christiana, quod dum hanc mortalem vitam de-
gis, necesse habeas, ut sapius ab aliis praefer-
tis a Majoribus tuis lumen veritatis requi-
ras, quia alioquin, sicut ait S. Bernardus,
qui se habet pro magistro, stultum habet
pro discipulo. Et si enim aliquid scire no-
bis videamur, nihilominus nostrae pruden-
tiae non nimium inniti, sed potius ab aliis
consilium petere nequaquam erubescere debe-
mus; quia Deus saepe etiam parvulis reve-
lari solet, quae abscondit a Sipientibus,
quando nimirum plus sapere volunt, quam
oportet.

Documenta.

Anima Sancta est currus Aminadab id est
Christi; Christus enim ait Rupertus ^{cum} S. Am-

Grosia, dicitur Aminadab, id est, princeps
populi, scilicet fidelis. Christus ergo anima
sancta cau auriga curru suo insidens admi-
niculo divini amoris eam dirigit in coelum
uti Elias vectus est in aethera; sed si ani-
ma, ait S. Ambrosius currus est, vide, ne equus
caro sit.

Christus, ait idem S. Ambrosius, verus Ami- 2.
nadab animam justi veluti currum agit
ascendens verbi habentis gubernat, ne vio-
lentorum equorum furore in abrupta rapia-
tur. Sunt enim ejus, veluti quatuor equi,
quatuor affectiones, ira, cupiditas, volup-
tas, et timor, quibus furentibus cum coe-
parit agi, nequaquam se ipsa cognoscit.

Lib. de Virgin.

Aminadab, inquit Guillel Guilhelmus,
Christum in sacris litteris profigurat, qua
interpretatur enim populi mei spontaneus,
eo ipso utiq; illum insinuans, qui pro electis,
suis semetipsum sponte obtulit in odorem
suavitatis; Vnde isaias cum asse populi
mei spontaneum demonstrans, ait: oblatus
est, quia ipse voluit; Christus itaq; Sponta-
neus in omnibus fuit, sponte aemp; incarnatus,
et natus, sponte passus et mortuus, : sponte quoq;
nobis parciis quos sponte redemit; Quot incita-
menta, ut christum etiam sponte diligamus.

Guilhelm. h.

Cantici Caput 7^{mum}

Quid videbis in Sulamite, nisi choras
castrorum? quam pulchri sunt gressus
tui in calceamentis, filia principis,
Junctura femorum tuorum sicut mo-
nilia, quae fabricata sunt manu artificis. v. j.

Prolegomena
Commentarius.

Nota, Hebraeus et Septuaginta loco videbis
habent in plurali videbitis. Sunt itaq; verba